

## *Plantae novae Orientales.*

### II.

Von J. Freyn (Prag).

(Fortsetzung.<sup>1)</sup>)

*Grammosciadium Aucheri* Boiss. subsp. *G. pauciradium* Fr. et Sint. Dem *G. Aucheri* Boiss. nahestehend, davon jedoch durch die im Umrisse dreieckig-eiförmigen (nicht länglichen) Grundblätter und die nur 4—7- (nicht 9—14-) strahlige Dolde unterschieden.

*G. pauciradium* ist übrigens ganz kahl, die Blätter sind doppelt fiedertheilig mit sehr kurzen borstlichen, vieltheiligen Zipfeln; die Achänen sind (unreif!) 8 Mm. lang auf 3 Mm. langem Stiele; die Kelchzähne fast dornig, einwärts gekrümmt und etwas kürzer als die Stylopodien, viel kürzer als die langen divaricaten Griffel. *G. Aucheri* hat (fast reif!) verdickte Fruchtstiele, die 5—6mal kürzer als die 10·5 Mm. langen Achänen sind und Kelchzähne von Stylopodiumlänge.

Armenia turcica, Egin: ad Jaltibaschi die 23. majo 1890 leg. Sintenis (Exsicc. no. 3505).

*Chaerophyllum gracile* Freyn et Sint. Bienne, pilis longis albis patentibus molliter hispidum, radice tuberosa, caule subangulati jam infra medium (modo Bunii) divaricatim et longe ramoso, folioso; foliis magnis, ambitu ovato triangularibus in lacinias lineares versus apicem caulis elongatas 3—4 pinnatim decompositis, lacinulis pinnatim et anguste lobulatis; umbellis longe pedunculatis, longissime et gracile 10—14 radiis, involuero nullo vel monophyllo, involucello polyphyllo, phyllis deflexis, ovato-lanceolatis vel rhombeo-ovatis, acutis, glabris, margine submembranaceis et valde lanatis; ovarii glabris; petalis albis glabris exterioribus radiantibus; fructu (immature tantum noto) glabro, lineari, pedicelli 3—4plo breviora incrassato suffulto, stylopodiis conicis marginatis in stylos erectos divergentes eis duplo longiores attenuatis. ☹ Junii.

Armenia turcica, Kharput: in herbis ad Angüsü die 5. junii 1889 detex. Sintenis (Exsicc. 654).

Dimensiones: Caulis 40—50 cm. altus: folia caulina infera 19 cm. longa 18 cm. ad basin lata; summa multo minora; umbellae pedunculi post anthesin circ. 10 cm. radii etiam 10 cm. longi; fructus 9—10 mm. longus, 1·5 mm. tantum diametro.

Species elegans, facie *Grammosciadii*, indumento et characteribus *Chaerophyllo crinito* Boiss. affine a quo differt foliis magnis, triangulari-ovatis (nec parvis), in lobulas breviter lineares (nec setaceas) divisas, involucellis herbaceis in margine tantum (nec totidem) mem-

<sup>1)</sup> Vergl. Nr. 3, S. 80.

branceis et acheniis (saltem immaturis) brevioribus (nec 14 mm. longis).

*Echinophora chrysantha* Freyn et Sint. nov. spec. sect. *Eu-Echinophora* Boiss., petalis luteis, foliorum laciniis inermibus. Inferne dense patentim hirta cana, superne pro tenuitate indumenti virescens; caule striato a basi corymboso ramosissimo; foliis radicalibus petiolatis ambitu oblongis, 3 pinnatisectis, segmentis majusculis, inferioribus longe distantibus, caeteris approximatis, summis confluentibus et abbreviatis; laciniis segmentorum ovato-oblongorum 7—9 secus rhachidem latiusculam subdecurrentibus, in lacinulas 5—7 breviter lineares, obtusissimas partitis; foliis caulinis abrupte diminutis, summis 3—5 partitis; umbellis numerosissimis breviter 6—11 radiatis, involucri phyllis late obovatis reflexis; involucellis late lanceolatis breviter acuminatis acutis patentibus; ovariis florum fertilium veluto denso cretaceis; calycis dentibus 2 posticis majusculis lanceolato-oblongis, caeteris minimis; petalis cito deciduis glabriusculis non radiantibus; acheniis . . . 2 (?) Augusto.

Armenia turcica: in monte Sipikordagh 12. Aug. 1890 leg. Sintenis (Exsicc. 3348).

Dimensiones: (ex unico specimine) Caulis sesquipedalis et altior, basi 8 mm. diametro; folia basilaria (exceptis petiolis 4—5 cm. longis) 10 cm. longa, 4 (ad medium) lata; segmenta primaria usque 3 cm. longa et supra basin 1.5 lata, eorum laciniae 9 mm. longae, 4.5 latae, lacinulis 2.5 longis, millimetrum latis; umbella 2.5 cm. diametro, calycis, florum sterilium dentes majores 2.5—3 mm. longae.

Differt nostra ab unica specie affini, *E. Sibthorpiana* Guss. indumento partium superiorum, statura robusta, foliorum forma et divisione valde diversa, lacinulis obtusissimis (nec mucronatis), umbellis triplo fere majoribus, 6—11 (nec 5—7) radiatis, involucri phyllis late obovatis (nec lanceolatis), reflexis (nec porrectis), involucellis phyllis latis patentibus (nec reflexis), ovariis dense albo-velutinis (nec patentim hirtis, griseis), floribus triplo saltem majoribus, etc.

*Ferula parva* Freyn et Bornm. — Species humilis (verosimiliter sectioni *Peucedanooides* Boiss. adnumeranda), exceptis foliis aculeolatis glabra, radice depresso-globosa ad collum fibrosa; caule humili, erecto, tereti, ad nodos subincrassato, striato a medio paniculatim-corymboso, subaphylla; foliis (basilaribus ignotis) caulinis ad vaginas magnas euculatas induratas striatas nitentes reductis vel minimis (vagina sua nempe parum vel pluries brevioribus), aculeatis triternato-pinnatim in lacinulas oblongas, acutas, mucronatas decompositis; ramis inferioribus basi vaginatis; umbellis 4—9-radiatis, centrali ramorum subsessili, involuero nullo, involucellis obsoletis; calycis dentibus brevissimis, obtusissimis, petalis luteis; stylis reflexis stylopodio depresso longioribus, mericarpiis . . . 2 Junio.

Cappadocia. In declivibus apricis inter Caesaream et Yosgad Galatiae 1400 m. supra mare die 23. junii 1890 leg. Bornmüller (Exsicc. no. 2213).

Dimensiones: Caulis (ex tribus tantum speciminibus) 22—42 cm. altus in genere fere humillimus; vaginae foliorum caulinarum majores 3·5 cm. longae et (explanatae!) aequae latae; umbellae radii 2·8—3·4 cm. longi.

Species ob fructu defectu subincerta, sed ex reliquis caracteribus certe *F. orientali* L. et *F. anatolicae* Boiss. affinis: differt ab ultima cui ramis basi vaginatis similis est, statura humili, laciniis foliorum brevibus (nec setaceis), aculeolatis (nec glabris), umbellis 4—9- (nec 10—12-) radiatis, subsessilibus (nec pedunculatis), involucelli phyllis obsolete (nec lanceolatis), calycis laciniis brevissimis (nec triangulari-subulatis); a *F. orientali* L. differt statura humili, caule subaphyllo, ramis inferioribus eximie vaginatis (nec basi nudis), umbellis 4—9- (nec 10—15-) radiatis, floribus luteis (nec pallide luteis) et probabiliter fructu.

*Ferulago asperula* Freyn et Sint. habitu *F. meoidis* Boiss. et imprimis *F. Thirkeanae* Boiss., cum qua foliorum radicalium et caulinarum in axilla vaginae lanceolata integerrima vel bifida sitorum quadrat. Sed divisiones inferiores foliorum basilarium distantes, laciniulis rigidis anguste linearibus, acutis, mucronatis, subsulcatis; folia caulina valde diminuta, superiora vagina ea suboccultantia aequantia. Caulis superne angulatus subthyrsoideo-corymbosus, ramis ex vagina lanceolata adpressa elongatis. Umbella terminalis brevius pedunculata, fertilis 7—11 radiata, radiis 3—4 cm. longis, strictis. Involucrum pentaphyllum, phyllis lineari-lanceolatis deflexis, cum involucelli phylla lanceolata, acuta pedicellis breviora patentibus et vagina inflorescentiae demum subvitellina. Fructus fere maturus 10 mm. longus, 8 latus.

A *F. Thirkeana* Boiss. differt caule superne non verticillato et imprimis asperitate foliorum nec non jugis dorsalibus non late alaeformibus nec undulatis denticulatis.

A *F. platycarpa* Boiss. Bal. qua nostra fructu jugis dorsalibus anguste alatis (ex specimine juvenili) magis approximata, differt caule superne angulato (non tereti), umbellis saepe 7—11 (nec 5—6) radiatis, pedicellis fructu subaequantibus (nec eo dimidio brevioribus — caeterum character variabilis!) et foliorum asperitate.

Armenia turcica. Egin: ad Kyl Maghara die 5. julii 1890 (Exsicc. no. 2860) et Sipikor: in pratis montanis ad Pirinbaghre (Exsicc. no. 3194) die 3. augusti 1890, leg. Sintenis.

*Peucedanum* (III. *Palimbioides* Boiss.) *xantholeucum* Freyn et Sint. Viride, radice fusiformi, ad collum ob rudimentas petiolorum evanidorum fibroso-comosum; caule tenui striato, fere a basi subdichotome ramoso; foliis omnibus basilaribus, florendi tempore saepe evanidis, meiformibus, petiolo declinato flexuoso basi vaginanti subaequilongis, lamina sub lente parce et breviter aspera, oblongo ovatis pinnatis subsexjugis, segmentis sessilibus subdecus-

satis in lacinias planas breviter lineares acutiusculas mucronatas bipinnatipartitis; foliis caulinis ad vaginas brunneas membranaceas lineares, in lacinula subsulcata aspera acutissima abeuntes reductis; umbellis longe pedunculatis breviter et inaequaliter 5—9-radiatis glabris; involuero nullo; involucellis phyllis subquinis lanceolatis longe acuminatis acutissimis membranaceis pallidis rubellis demum obscuris, persistentibus, pedicellos aequantibus; petalis, siccatione saltim ochroleucis, ellipticis, lacinula inflexa; filamentis antheribusque ochroleucis; stylis albidis initio parallelis erectis, demum divaricatis, recurvis stylopodio subdepresso multo longioribus; mericarpiis ellipticis margine vix inflato semine quadruplo angustiore cinctis; jugis prominulis vittiferis exterioribus cum margine confluentibus, valliculis bivittatis, commissura (nonnunquam indistincte) bivittata, glabra. 24 Augusto.

Armenia turcica. Koesve: in pascuis inter Awschuch et Szadagh die 19. augusti 1890 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 3500.)

Dimensiones: Caulis circa 40 centimetralis, folia radicalia cum petiolo 12, lamina 5 cm. longa, 3.5 lata; lacinulae 5—6 mm. longae, 0.5 latae, mucrone hyalino; radii longiores (fructificatione tempore) 2.5, breviores vix centimetrum longae; mericarpia (immatura) 6 mm. longae, ad medium 3 latae.

Affinis *P. palimbiodi* Boiss., glaucescente, foliis basilaribus oblongis (nec oblongo-ovatis), bipinnatis (nec tripinnatis), caule foliato (nec vaginato), umbellis 10—12- (nec 5—9-) radiatis, involuero 1—2-phylo (nec nullo), involucellis caducis (nec persistentibus), petalis luteis (nec ochroleucis), mericarpiis 5 mm. longis et 4 latis, ergo magis rotundatis, margine semine sextuplo (nec 4plo) angustiore, commissura 4—6-vittata (nec obsolete 2-vittata) egregie diverso.

*Heracleum pubescens* M. B.  $\beta$ . *laeve* Freyn et Sint. A typo differt mericarpiis etiam ad marginem totidem laevibus exaculeatis.

Armenia turcica. Ciganadagh: ad margines silvarum prope Hamskoei die 23. augusti 1890 cum fructu legit Sintenis (Exsicc. no. 3436).

*Heracleum apiifolium* Boiss.  $\beta$ . *dissectum* Freyn et Sint. foliorum laciniis 3partitis, lacinulis ovatis flabellatim trilobis, lobo medio lateralium triplo longiore typo diversa. Planta elata.

Pontus. Sunila: ad rivulos in alpidibus die 3. aug. 1889 leg. Sintenis (Exsicc. no. 1485).

*Trigonostadium intermedium* Freyn et Sint. Papilloso-scabriusculum, radice fusiformi, caule flexuoso angulato jam paulo supra basin dichotome ramoso et uti rami folioso; foliis pro ratione magnis subreticulatis pinnatisectis bijugis, segmentis grosse crenato-dentatis sessilibus, lateralibus basi obliquis oblongis obtusis, terminali basi cuneato vel breviter cordato ovato

saepe trilobo; umbellis 10—20-radiatis, radiis inaequalibus patentibus et uti involucria et involucella valde breviterque papilloso-hispidis subviscidulis; involucrio subdeflexo oligophyllo, phyllis subpersistentibus viridibus subtrinerviis lanceolatis longe acuminatis acutissimis; involucello persistente 5—6phyllis, deflexo, phyllis iis involucri conformibus pedicello duplo circiter longioribus, 1—3nerviis viridibus apice purpureis; ovariis sublanatis, calyce obsoleto, sed nonnunquam in dentes subcorniculatas fugaces producto; petalis albis obovatis lacinula inflexa, marginalibus valde radiantibus (juvenilia basi saepe purpureo venosis); filamentis albis anthera viridi demum lutescente; stylis perdurantibus basi hirsutis glabrescentibus erectis parum divergentibus, stylopodio subcyathiformi marginato multo longioribus; mericarpiis pedicello conspicue longioribus obovatis nitentibus breviter tomentellis et insuper ad discum parce hirsutis, basi cuneatis subretusis, apice profunde emarginatis, emarginatura stylo triplo superata; jugis 3 intermediis aequidistantibus tenuibus parallelis, 2 lateralibus conspicue crassioribus remotis, margine dilatato contiguus; valleculis 1-vittatis, vittis dorsalibus interioribus conspicuis, subaequilongis usque ad basin seminis ovati productis, commissuralibus dorsalium aequilongis arcuatim convergentibus subparallelis. ☉ vel ☉. Majo, Junio.

Armenia turcica. Egin: in campis prope Szanduk die 17. majo et 15. junii 1890 leg. Sintenis (Exsicc. no. 2261).

Dimensiones: Caulis pedalis et altior, folia radicalia cum petiolo 5centimetrals demum deflexo circa 12—15 cm. longa et circa 9 lata, basilaria paulo minora, terminale 2—3plo latius; radii (fructu tempore) 7—3 cm., pedicelli 6—7 mm. longi; mericarpia 13 mm. longa et supra medium 10 lata; semen parvum ollipectum 5 mm. tantum longum et 3 latum.

Species habitu *Tordylii* et affinis *Trig. tuberoso* Boiss. et *Trig. viscidulo* Boiss. Hausskn. calyce nonnunquam conspicuo nexum cum *Heracleo* praebens. A priori differt caule non trigono fere a basi (nec superne tantum) ramoso, umbellis 10—20 (nec 20—44) radiis, stylis glabrescentibus, vittis dorsalibus longis (nec brevissimis saepe abortivis); a *T. viscidulo* differt indumento, foliorum segmentis latis magnis (nec cuneato-oblongis) grosse dentatis (nec obtuse inciso-lobatis), fructu tomentello (nec velutino), stylis initio hirsutis (nec semper glabris), vittis commissuralibus convergentibus (nec divergentibus) — ab utraque specie nostra egregie differt calyce non semper obsoleto, petalis marginalibus valde radiantibus et fructu magno (Mericarpia *T. tuberosum* Boiss. sunt 10 mm. longa, 8 lata, ea *T. viscidulum* 7.5 mm. longa). — Δ *Heracleo* nostra planta differt jam habitu et stylo persistente.

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Österreichische Botanische Zeitschrift = Plant Systematics and Evolution](#)

Jahr/Year: 1892

Band/Volume: [042](#)

Autor(en)/Author(s): Freyn Joseph Franz

Artikel/Article: [Plantae novae Orientales. 120-124](#)